PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 119v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



habitant hoc enim vere sit se ht ciuitate eam in qua
princeps futuri nequaquam inter se disti deant illam optime
et tranquillissime coli posse temere aut hys aduersos
habente duces Gla Prorsus inquit So Minime ita
quoque nobis assensuri erunt quos alenius ista sentientes nec
partim quisque in vrbe volent laborare plurimumque tem-
pus in puro per uices commorari Gla Impossibile id inquit
So Iusta profecto in quam iustis imperamus amplius ex ne-
cessitate ipsorum qui libet inductus regnum acceptaret eius
contrarium quod nunc agunt in quacumque vrbe presidentes
Sic amice in quam se res habet siquidem futuris principari / vitam principatu
potiorem reperieris possibile illic est optime ciuitate
habitari posse In hac sola nempe principantur hy qui
re vera diuites habentur non auri et argenti sed ciuis
diuitem necesse est fore felicissimum vite bone ac pru-
dentis sin vero egeni propriis que esurientes bonis ad
publica se contulerint illinc que bona sint auferre
cogitantes nichil est quod agant Cum enim sedicio
in principatu orta fuerit domestico ac intestino con-
surgente bello non eos solum sed vrbem quoque funditus
euertet Gla Verissima narras inquit So Vllam ne
igitur vitam habes preterquam vere sapientie ciuiles
contempnentes principatus Gla Non per iouem inquit
So Atqui regni potissime cupidos neutique ad
principatum accedere conueniet riuales quippe effecti
vna decertabunt Gla Quo non So Alios ne igitur
ad ciuitatis custodiam accedere compelles quam qui prude-
tissimi cum sint eorum per que optime ciuitas coli solet
tum honores reliquos ac vitam habent ciuili potiore
Gla Nullos equidem ;
Capitulum quartum quod discipline ad summi boni cognicionem
necessarie dicantur esse et primo de arichmetica So Gla